



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

48. An filius teneatur dotare matrem nubere volentem? Et deducitur, quod mater obligata non est per se filias dotare, qut donationes propter nuptias filiis constituere, nisi vrgens aliqua, & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

## Tractatus Sextus

358

constitui posset, non cogerat eam daturam, unde si ei daturam constituit, censebitur daturam ex bonis sororis; si modo separata finit; nam si induisa, & communia sine, censebitur in foro externo habuisse animatum donandum quod partem datur, quae cum tangere, iuxta l. vnicam, § accedit C. de rei uxori actione. Vide Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 88. n. 47. & Barbos. 4. p. 1. ff. solut. maritim. num. 141. in foro tamen conscientie standum erit intentioni daturans. Si enim de bonis sororis tantum datur intendebat, nihil de suis bonis praestare tenebitur.

### RESOL. XLVIII.

*An filius teneatur daturam matrem imberem volentem?*  
Et deducitur, quod mater obligata non est per se filias daturam, aut donationes propter nuptias filii consti-  
tueret, nisi virgines aliquae, & rationabilis causa in-  
tercederet?

Et notarius probabilius esse in neutrō foro licitum esse  
viro, inuita vxore, daturam filiam prioris matrimonij ex bonis non solum immobilibus, sed etiam mobili-  
bus, aut pecuniis per secundam vxorem adductis?  
Et cum pater pro omnibus coniugib[us] obligatus sit filii alere, & daturam, an illius h[ab]et eadem obligatione  
teneatur? Ex parte 11. tit. 4. & Misc. 4. Ref. 2.7.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Franciscus Horomanus in disp. de dote cap. 3. num. 23. & Georgius Obrechtus disp. de dote thesi 109. cum s. q. Probatur haec opinio primo, nam si frater sorori egenti datur dare cogitur; sane, & filius cogi poterit ad matrem daturandam. Atqui verum est prius, igitur, & posterius.

2. Pietas, ad quam filius iure diuino, & huma-  
no matri obstringitur, postulat ut filius matris adhuc inueniens pudori, & existimationi consulat, maximē  
cum ipsis quoque filii interstiti ut mater, quā se con-  
tinere non potest, elocetur, ne cum maximo generis,  
& familiæ probro turpem vitam eligere cogatur.

3. Itaque hoc pertinet Imperatoris Antonini rescriptum in l. C. de alien. liber. Parentum necessariis liberos succurrere iustum est. Dotem autem necessariam esse mari ob incontinentiam ad secun-  
da vota transiunt expeditum est. Igitur inopī ma-  
tri succurrere teneat filius in hac necessitate, dotem  
ipsi constitudo.

4. Si filius tenetur inopem matrem alere; eique  
ad vietum necessaria præstare; sequitur, quod te-  
neatur etiam inopem matrem daturam, quia dos est  
species alimentorum. Atqui verū est prius l. 13. § 2. ff. de  
administrat. ut. Verum igitur est quoque posterius.

5. His tamen minime obstantibus, negativa  
sententia adhæro; probatur haec opinio. Primo,  
nam si filius non tenetur matri nuptialis munera  
mittere; sequitur quod nec daturam matrem teneatur.  
Iam autem verum est prius. l. 13. §. final. ff. de admin-  
istrat. l. 1. §. præterea ff. de tutor. & ration. distractib[us]. Se-  
quuntur itaque posterius.

6. Ad haec iniquum foret ad illationem suæ in-  
juriae aliquem cogi quippiam conferre, l. qui ac-  
cuse C. de eden. l. nimis graue C. de testib[us]. Atqui mater  
secundò nubens, filius infert in iuriam, nou. 2. c. 1. &  
c. 1. de secund. nupt. igitur non tenetur filius matri ad  
secundas nuptias conferre.

7. Quin etiam si datur filius matrem secundò  
rubentem, grauitate offendetur patrem, ut cuius ani-  
ma secundum vidua suæ nuptias contristatur n. 22.

8. Denique in l. si vince C. de prescript. long. temp.  
mater ad secunda vota transiens, & vitrico in dotem

dans res filij, nihil filio præjudicat; prædictam  
autem filio, si hic ad matrem daturam foret obli-  
itus, Corafius ad l. 19. num. 5. 3. de rit. nupt.

9. Nec huic opinioni præcedens sententia ag-  
umenta quicquam detrahunt; ad primum enim,  
quod frater foro inopem datur teneatur; igni-  
tur multè magis matrem. Respondeo conque-  
tiā negando, quia diversissima est quod præfata  
negotiora ratio matris, & sororis: coniugium enim,  
quod init fotor non pertinet, vel ad fratis, vel ad  
patris in iuriam, sicut secundum matris coniugium.

10. Ad secundum responderetur, filium testi in  
necessitatibus succurrere matr[em], ita postulante p[re]sta-  
te, ad quam obstrictus est filius matr[em]: utrum non  
cogi matr[em], sua, & parentis cum iniuria faciente,  
in que eo matrem iuare quod ad ipsius filij, & pa-  
tris in iuriam spectet.

Ad tertium, eadem plane est responsio,

11. Ad quartum, & ultimum responderetur, a  
gumentum ab alimento ad dotem plane insidium  
esse, & ut alia concluderet, hic rancor nullus vim  
haberet; quia diversissima est alimentorum, & dotis  
ratio; aliter inop[er]a mater sine filij, & defensio  
iugis iniuriae: datur vero cum iniuria filij, & de-  
functi mariti.

12. Et ita hanc sententiam tenet Theologus  
Rebellius de obligat. inf. part. 2. l. 4. q. 3. l. 3. num. 1.  
vbi sic ait. Filius non tenetur ad daturandam matrem  
inopem imberem volentem; etiam si ille donec in  
Barbos. 4. p. 4. 1. ff. solut. maritim. n. 12. post. Bart.  
Alex. Ripam, & alios quos citat præfata respon-  
sionem elicentes ex l. si vince C. de prescript. long.  
temporis. Confirmatur etiam, quia quāvis ad ma-  
trimonium alendam cogendus sit, iuxta l. 1. §. 1. ff. de nati-  
lis, & rationibus distractib[us]; non tamen ad eam  
daturandam compelli debet, cum illud novum ma-  
tris coniugium in iniuriā ipsius filij quodammodo  
cedat.

13. Ita Rebellius, quem sequitur Calixtus Pa-  
laus tom. 7. disp. 9. par. 5. §. 1. n. 8. qui inay. optime  
notat, quod mater obligata non est per se filias do-  
tare, aut donations propter nuptias filii constitu-  
re, quia haec obligatio patri est, non matr[em], ut ex-  
cipit se habetur l. neque mater C. de ire deum regia  
9. iii. 1. 1. part. 4. Excepte, nisi virgines aliquae, & ra-  
tionabilis causa intercederet, ut in predicta legi advo-  
catur; quam causam censeret esse, si eius padica  
periclitaretur, ni ruberet, & aliunde dotem non  
haberet: sicut ex communī sententia relabitur Mo-  
lin. disp. 4. 2. 4. in princip. Reb. 2. part. 1. §. 1. p. 4.  
n. 2. Deinde excipe, nisi mater heretica esset aut in-  
fidelis, & filia fidelis, & Catholica, nam in eodem  
caso ob fauorem religionis compellitur mater datur  
filiam usque ad legitimam portionem ei competen-  
tem, tamē ex parte aut alione dotem habeat, ut  
deciditur l. cognitum C. de hereticis.

14. Notandum est hic obiter cum eodem Re-  
bellio quæst. 5. num. 10. cum segg. probabilius esse in pri-  
mo neutrō foro licitum esse viro regulariter, iuventu-  
re datur filiam prioris matrimonij ex bonis non ho-  
bilius immobilibus, sed etiam mobilibus, aut pecu-  
niis per secundam vxorem adductis, quod facit  
(soluto matrimonio) de bonis propriis vxori eam  
patrem resarciri re debet.

15. Si autem per traditionem filie in matrimo-  
nium in totam familiam, & in totum villetum se-  
cundæ Societatis coniugalis magnum bonum, &  
evidens utilitas redundet, quo damnum secundū  
vixoris compensetur, non erit iniuriam, si patet fi-  
liam prioris matrimonij ex bonis mobilibus, & es-  
peciis secundū vxoris etiam iniuriae doceatur.

16. Qua-

ANTONIUS  
OPERA  
TOM. I. & II.  
E III.

*Sop. hoc in  
tom. 6. tr. 7.  
leg. doctrinā Ref. 57.  
prope finē,  
a verū qui-  
bus infer-*

16. Quando pater ex bonis lucratīs in secundo matrimonio, filiam ex primo dotauerit, vel filio ad nuptias donauerit, cauebit præiudicium tam quod legitimas ceterorum filiorum, quām quod dimidiā partem lucratorum secundā vxoris, alioquin dannum resarcire tenebitur.

17. Sed virum vxor sine consensu viti dotare valeat filiam sive communem, sive prioris matrimonij, eodem modo dicendum est, quo id vero sine consensu vxoris permisum est.

18. Vide etiam Rebellius *quest. 6. per totam*, in qualius hæc firmat, videlicet. Primo, quando communi consilio vxor, & maritus simul promittunt do-rem filiæ communi, vel si eam promissionē ab vxore factum postea vir ratam habeat, validæst promissio; et si bona lucrata desint, vt dos impleatur, ex bonis virtusque impleri debet, & quomodo in bonis vxoris exercitio fieri possit.

19. Secundū, si vxor sine consensu viri aliquid filiæ, sive propriæ, sive alienæ nomine dotis promittat, inutilida erit, & illicita promissio, si tamen vir factus conscientia eam ratam habeat, valida erit.

20. Tertiū, si promissio vxoris præsata sine consensu viri facta in tempus soluti matrimonij referetur, valida foret.

21. Quartū, quando consensus alterius pro forma actus exigitur vt præcedat. si non præcedat, non reconualecūt talis actus adveniente postea consensus, fiscus si pro vitando dumtaxat alterius damno exigatur.

22. Nota etiam cum Castro Palao *loc. citato* §. 4. hæredem obligatum esse (quæc. ac defunctus obli-gabatur) illius personam repræsentare, & consequenter illius obligationem suscipit; sicut colligitur ex *I. postulante ff. ad Trebellian.* Vnde cùm pater præ omnibus coniunctis obligatus est filias alere, & dotare, illius hæres eadem obligatione tenebitur.

23. Hoc tamen procedit, cùm hæres integrum substantiat, ex qua dos constituta erat, accipit; quod si hæres fiscus sit, non obinde obligatione præstandi alimenta, & dotem filiabus excusarit, sicuti plutibus comprobatur *Petr. Barbosa dicit. 4. part. leg. i. num. 8. ff. soluto matrimonio*, quia hæc est obligatio bonis paternis annexa, quam filius recipiendo bona executare non valet.

24. Licet filiabus hæretici fiscus neque dotem, neque alimenta præstare tenetur.

25. Interim autem, ac dilectum declaratum est, neque dos, neque alimenta sunt deneganda.

26. Et hæc omnia sufficiat dixisse circa obligationem constituendi dotes, & ne credas illa solum Iurisconsultis seita necessaria esse, sed maximè etiam confessariis, ex his, quæ recte obseruat, & docet Rebellius *part. 2. lib. 5. quest. 4. num. 30.* vbi sic ait: Ex dictis habes quinam puellas volente nubere, dotare teneantur secundum dispositionem legum, quam necessitatē legalē appellat Menoch. *ib. 2. de arbitrio casu* 182. num. 67. num. 7. vnde huiusmodi necessitas inducat obligationem peccati mortalis, non facile est diuidicare: crediderim tamen sine præiudicio rectius sentientium, quando secundum iura, ac Doctores, aliquis compelli debet ad dotem præstandam, subesse obligationem peccati mortalis, saltem ex genere suo, & multo magis post sententiam Iudicis, licet autem hæc necessitas legalis non fundatur in debito de iustitia communitativa, fundatur tamen non tantum in caritate, sed etiam in speciali vinculo pietatis, quia inter se prædicti sanguine coniuncti tenentur, quæ inducit obligationem non pura ex charitate, sed quasi de iustitia; quia tamen se-pissime interueniunt causa, quæ rationabiliter de-

obligant parentes, & consanguineos, vel absolunt, vel saltem ab accelerata præstatione dotis, non erunt temerè peccati lethalis damnandi à confessariis. Ita Rebellius, & ego.

### R E S O L . X L I X .

*De his, quæ in nuptiis data sunt à consanguineis, vel amicis sponsi, & è contra, cui acquirantur; Ex parte 11. tract. 4. & Msc. 4. Ref. 28.*

§. 1. **C**asus in praxi quotidiana, & occasione matrimonij initi inter filiam Excellentissimi Domini mei Connestabilis Principis Columnæ, & filii excellentissimi Marchionis Spinulae, in quo munera magni valoris (vt patet in nuptiis tam inclitis) sponsæ largitæ sunt de illo à parentibus interrogatus fui, & inter Iurisconsultos (postea dicimus de Theologis) tres sententias inueni: nam Vildarius Zalus i. singul. intell. 9. Ludouic. Romanus consil. 172. n. 21. contendunt ea, quæ sponsæ donantur, etiam si consanguineis mariti, & eius contemplatione, donata sunt, ad vxoret tamen, & eius heredes, non ad maritum pertinere. Cum in donationibus non tam cuius contemplatione illæ siant, sed cui inspicendum sit, & quod quis amico, & cognato donare cupit, ipsi dare facile possit, nec opus habeat eiusmodi circuitu, vt sponsæ, vel vxori eius det, quod ipsum habere velit. Et hanc opinionem probat, & sequitur etiam Daniel Mollerius dicit. l. 2. semest. c. 42.

2. Sunt deinde, qui statuant ad virumque conjugem spectare ea, quæ die nuptiarum illis donantur: quoniam contemplatione virtutique illa donata centur, cum præfertim plerique in locis modo sit receptum, vt munera, quæ offeruntur, utriusque conjugi ab hospitibus donari, & offerri soleant.

3. Alij sequuntur Bartolom. in l. sed eis plures §. arrogati ff. de vulgar. & popular. substat. marito illa tribuant, quæ ab amicis, & cognatis eius donantur, vxori vero, quæ illi cognati donantur, quæ distin-ctio teste lafone à plerique approbatu, tautum durum sit in practica ab illa recedere.

4. Plenius distinguit Matthæus Vuesembecius in paravi. ff. de donat. inter vir. & vxor. vt nempe ea, quæ à consanguineis vxoris sunt donata, vxori acquirantur, quæ vero à consanguineis mariti donata sunt, marito cedant. Quæ ab extraneis oblata fuerunt munera, sunt utriusque coniugi communia: Rationem videtur hæc opinio habere perspicuum. Nam quæ à cognatis donantur ob propinquitatem, & contemplatione cognitionis donatae videntur, quæ ab extranis ob affectionem erga utrumque coniugem patent.

5. Et quidem non videtur obstare ratio Zasij, & Danielis Molzeri supra adducta, quod in donationibus non tam spectetur cuius contemplatione, quām cui donatio fiat.

Hoc quippe principium dilucidè refellitur *texta l. 5. §. 2. de iure dot.* quo in loco Vulpianus scribit, quod si quis pari donatur dedit, Marcellus l. 6. Dō-geſſ. scribit, hanc quoque à pare profectam esse, & eſſ verum. Vult proinde Vulpianus post Marcellum, dotem esse profectiam, quæ non à patre ipso, sed contemplatione patris datur filiæ. Dum vero profectitia dicitur, innuit quod patri acquiratur §. 1. infit. per quas personas non acquir. At non erat patri donata, sed filiæ; at contemplatione patris: igitur in donationibus non tam spectatur, cui res detur, quam cuius contemplatione donatio fiat.

6. Et hæc sunt placita Iurisconsultorum, quos pro Theologis hic visum est adducere; nunc vnde

Theologos